

PALATINO SELECTUS.

399

culcans, innititur. Per tres Augustos forsan intellexerit Se, Leonem Thracem Orientis, & quem Orienti Leo praefecerat, Zenonem.

SEvero interfecto Interregnum fuit. Inde Leonis Auspiciis successit

CXXXIV.

ANTHEMIUS.



Anthemius Ricimeri, penes quem Occidentis tunc vires erant, suam cum collocasset Filiam, pacificum aliquandiu tenuit Imperium. Inde Geni ambitione turbatus, ejusdem brevi furis succubuit. In Numismate duæ Figuræ, globum cum Cruce in medio tenentes, SALVS REIPUBLICÆ inscribuntur. Quæ ista figuræ sint, ambiguum est: An Zeno & Anthemius? Dignitas suadet: Anthemius & Ricimer? Monogramma, quod medium visitur. Forstan reconciliatam per Epiphanium, Episcopum Trevirensis, utriusque affinitatem hoc typo praefiguratam credideris, cum spes tunc fuerit, ex ea salutem Reipublicæ exorturam.

Anthemio sublato Anicius Olybrius successit, inde post breve Interregnum Glycerius, quem Imperio exiit

CXXXV.

IULIUS NEPOS.



QUÆ ad Julii Nepotis Numismata dici possunt, pleraque in superioribus tetigimus. Ipse *Cæsaris* nomen, & spem Occidentis Imperii à Leone acceperat. Imperator factus, ut Galliam Gothorum & Francorum